Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



20

Sapie

defuncti fuerit non habebunt spem
nec in die adventus allocutionem
Nationes enim iniquae dicent consumptae

Quam pulchra est
casta generatio cum claritate Immo-
talis est enim memoria illius quia et
apud deum nota est et apud homines
Cum praesens est imitantur illam et desiderant
eam ad deducit et in aeternum ornata
triumphat coronatam eternum
quod vincit Multitudo autem
impiorum inutilis non erit vitis et
spuria vitulamina non dabunt radices
altas nec stabile firmamentum collocabit
Et si in ramis in tempore germinaverint
infirmi posita a vento commo-
vebuntur Confringentur enim ramis
consummati et fructus illorum inutiles
et acerbi ad manducandum et ad nihilum
apti Exiguus enim annis filius qui nas-
cuntur testes sunt iniquae adversus pa-
rentes interrogatione sua Justus autem
si morte praeoccupatus fuerit in refrigerio
erit Senectus enim venerabilis est
non diuturna neque numero annorum
aestimata Cani autem sunt sensus
hominis et aetas senectutis vita in
maculata Placens deo factus dilectus
et vivens inter peccatores translatus est
Raptus est ne malitia mutaret
intellectum eius aut ne fictio de-
ceperet animam illius Affectio enim
nugacitatis obscurat bona et mo-
bilitatio concupiscentiae transvertit sensum
sine malitia Consummatus in breve
explevit tempora Placita enim
erat deo anima illius propter hoc festinavit
educere illum de medio iniquitatum
Populi autem videntes et non intel-
ligentes nec ponentes nec in pro-
dit talia quae gratia dei et misericordia est
in sanctis eius et respectus sup
electos illius Condemnabit autem
justus mortuus vivos impios et iniquitatem
relegata consummata longeva vita justi
Videbunt enim finem sapientis et non
intelligent quid cogitavit de illo deus
et quare munierit illum dominus Vide-
bunt enim et contemnent eum illos autem
deus irridebit Et erunt postea dedi-
cantes sine honore et in ignominia
inter mortuos in aeternum quia disrum-
pet illos inflatos sine voce et com-
movebit illos a fundamentis et usque ad
supremum desolabuntur et erunt gementes
et memoria illorum peribit Venient
magnitudine peccatorum suorum timidi
et traducent illos exadverso iniquitates
ipsorum

Qui stabit justi in magna fi-
stantia adversus eos qui se
angustiaverunt et qui abstulerunt
labores eorum videntes timebunt
timore horribili et mirabuntur in subi-
tatione insperata salutis gementes
prae angustia spiritus dicentes intra
se paenitentiam agentes et prae angustia
spiritus gementes hi sunt quos habuimus
aliquando in derisum et in similitudinem
improperii nos insensati vita illorum
aestimabamus insaniam et finem illorum
sine honore Ecce quomodo computati
sunt inter filios dei et inter sanctos sors
illorum est Ergo erravimus a via
veritatis et justitiae lumen non luxit
nobis et sol intelligentiae non est
ortus nobis lassati sumus in via iniquitatis
et perditionis et ambulavimus viis diffici-
libus viam autem domini ignoravimus
Quid nobis profuit superbia aut
divitiarum iactantia quid contulit
nobis Transierunt omnia illa tanquam
umbra et tanquam nuntius procurrens
et tanquam navis quae pertransit fluctuantem